



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

IX. De literis ad Apostolicum Paschalem pro sua causa directis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527


vnica filia matri, esset obligata. Pro hoc ergò literas huiusce-
modi per fideles & honorabiles nuncios misit Apostolico.

*De literis ad Apostolicum pro sua causa
directis.*

CAPVT NONVM.

Domno Apostolico Paschali prærogatiua
meritorum & sanctitate morum, Ro-
manæ sedis apice condignè sublimato,
Otto Dei gratia Babebergensis electus,
cum omni deuotione orationes prom-
ptissimas & seruitiũ tam voluntarium,
quàm debitum.

*Insignis episto-
la S. Orthonis
ad Paschalem
Pontif. & est
copiosior, quam
illa, quæ existat
in Vita edit.
Canisiana lib.
I. c. 5.*

 *V*IA tandem, Domino miserante, & Ecclesie
sue nauem moderante, post nubilas errorum tem-
pestates, serena lux veritatis Occidentali reful-
sit Ecclesia, ante omnia & super omnia desidera-
mus scire sanctitatem tuam, in omnibus nos paruisse, uti de-
cuit, legato tuo, Episcopo videlicet * Constantiensi, & sum-
ma deuotione cuncta, quæ per ipsum edocti sumus, partim exe-
cutos fuisse, partim, si vita detur, exsequi paratos. Quamob-
rem vestigiis pedum tuorum aduoluti, obnixè flagitamus, ut
paternitatis tua seruum patienter audias. Siquidem mundo
iam in maligno posito, * cui vix cuiquam creditur homini
aut loco, non parua nos torquent angustia pro ordinationis no-
stra assécutione. Proinde dubius & anxius & fluctibus cu-
rarum naufrago simillimus, cum Principe Apostolorum, cuius
vicem

* Gebhardo.

* cum.

*S. Orthonis scrupu-
lis angitur ob-
acceptum an-
nulum & bac-
culum ab Im-
peratore.*

vicem tenes, ad te clamo; Domine, salua me: & ut paucis summam nostra cause concludamus, in hac hora & potestate subiect se totū tenebrarum, te solum respiciunt oculi nostri, tibi debitam ser-
Summo Pontifici. uare obedientiam, parati sumus, tecum aut consistere, aut pro te in carcerem ire decreuimus. Auctoritati ergo tua tota mente desideramus inniti, tu nobis manum porrige, quod nobis uelis facere, iube. Si mandas, ut ad te veniamus, opes nostra, licet rapina & igne sint attrita, tamen desiderio te uidentis, & consecrationis gratiam consequendi, cum debita seruitutis nostra benedictione tua maiestatis presentabimus aspectibus.

Dignentur ergo viscera pietatis tua super hoc negotio aliquo nos rescripto certum reddere, quo & iter tutius ad te ueniendi nobis pramonstretur, & benedictionem, quam deuoti efflagitamus, à te percepturos esse significetur. Quam nimirum propterea à tua sanctitatis manu tantepere expetimus: quia Metropolitanus noster, etsi per te habeat consecrationis gratiam, tamen, quod sine lacrymis fateri nequimus, magnam cooperatorum spiritualis doni patitur iniuriam.

Quomodo inuestitus & consecratus sit per manus Domini Apostolici.

CAPVT X.

Ebbo.

Vide Vitam o-
dit. à Caniso

lib. 1. cap. 7.

Factum hoc

Anno 1103.

S. Otho voca-
tus Romam.

His ergo literis ab Apostolico reuerenter acceptis & relectis, idem summus Pontifex Paschalis gaudio repletus, (erat enim totus charitate diffusus, omni que affabilitate iucundus) pium Ottonem paterna dulcedine ad sedem Apostolicam euocauit, qui pro hoc immodicas Deo gratiarum actiones exsoluens, ut mandatum acceperat, cum suis impigre limina Apostolorum adiit. Cum que hilari satis reuerentiâ, ab Apostolico susceptus fuisset,